



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Assertiones Philosophicæ Fusius Deductæ Philosophiæ
Peripateticæ communioris Epitomen exhibentes**

Leuren, Peter

Coloniae Agrippinae, 1681

[viii].

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71607](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71607)

tendi impenetrabiliter, ut patet in corpore Christi verè quanto, & tamen penetrante lapidè sepulchralem. Ex eo autè, quòd quantitas unita subjecto indivisibili, non redderet illud exigens dictam extensionè, nihil nobis contrarium deducitur; est enim quantitas tantùm apta hunc effectum communicare subjecto capaci, quale tantùm est illud, quòd habet partes entitativas.

VIII. Linea & superficies sunt veræ & distinctæ species quantitatis; essentialiter enim participant rationè quantitatis; nimirù extensionè & impenetrabilitatè secundum rationè formaliter diversã; linea nèpe secundum longitudinem tantùm, superficies secundum longitudinè & latitudinè. Sunt tamen logicè solum diversæ species, seu secundum nostrum concipiendi modù, abstrahentè vel à latitudine, vel à profunditate, seu cognoscètem rem divisibile tantùm secundum longitudinè, vel secundum longitudinè & latitudinè; à parte rei enim non datur res divisibilis tantùm secundum longitudinem &c. Neq; etiam una species essentialiter includit speciè sibi oppositã; linea enim accepta formaliter, prout est quantitas habens longitudinem & excludens

lati-

latitudinē (qualiter spectata tantū est species opposita superficiē) non cōponit superficiem; neq; sic accepta ordinatur ad componendam superficiē, aut superficies ad corpus, adeoq; sic accepta sunt adhuc quid logicè cōpletum, etsi, si à parte rei à corpore distincta darentur, physicè essent quid incompletum.

IX. Qualitas est *accidens physicū absolutum, à quantitate distinctū, bene vel malè affluēs subiectū*. Bene explicatur per negationē quantitatis nobis notiorē, uti sæpius contingit in rerū definitionibus, ut dum dicitur: *brutum est animal irrationale*. Prima qualitatis species complectitur *Habitum & Dispositionem*, & est *qualitas potentiā naturalē presupponēs, illamq; adiuvans vel facilitans*. Huc pertinent habitus naturales & supernaturales; hi enim etsi dent etiā simpliciter posse, supponunt tamen potentiā constitutā in esse vitalis & inchoatā: & dispositiones, disponentes materiam de se capace recipere formā, ut illam in actu secundo recipiat. Si addas definitioni: *diu perseverans & difficulter mobilis*: est definitio solius habitus; si addas: *facilè mobilis*: definitio est solius dispositionis. Secunda continet *Potentiam & impotentiam*, & est *qualitas à natura infita,*

infita,